

[Anno 1378 dominica post Michaelis veniebat Theodericus, frater comitis de Marca, valde mane cum multis dominis et populis nullo sciente circa portam Wistrate cum curribus faenorum, in quibus armigeri fuerunt, ad devastandam civitatem, quod absit Dei iuvamine¹. Et illa discordia steterat per duos annos, sed cives laudabili fine peregrerunt et cognoverunt, quod Iesus Christus eos magis defendebat, quam ipsimet].

1378
Oct. 3.

Item [circa sex annos] cum visitatio esset^a in Aquisgranum^b, a die sanctorum Petri et Pauli usque ad translationem sancti Benedicti habui sub porta sedere unum, qui petivit ad structuram capellae². Et ille rexit peregrinos ad capellam; et etiam habui omni die de mane usque ad vesperam unum presbiterum, et pulsabatur in capella, ut, cum porta aperiebatur, haberemus^c missas ad nutum peregrinorum, et in missa et in omnibus horis monstrabantur reliquiae et indulgentiae³ pronunciabantur peregrinantibus. Et cum illis, qui custodiebant portam, semper feci amicitiam, ut ducerent^d peregrinos ad capellam, et illo tempore habui bene^e sex marcas de oblationibus peregrinorum ultra consumptum quod feci, et illam pecuniam direxi ad structuram capellae et sic fuit ab antiquis temporibus.

1384
Juni 29—
Juli 11.

Item omni anno sabbato post Pentecostes et in octava Pentecostes simili modo habui bene^e quatuor solidos de peregrinis, et in multis aliis temporibus anni habet rector proventus, si velit respicere ad^f capellam et habere custodes portae in amicitia et monstrare peregrinis reliquias et insinuare indulgentias.

Item⁴ sciatur, quare feci renovare et recuperare capellam

a) BC 'etiam'. b) C 'esset' nach 'Aquisgranum'. c) C 'habuerimus'. d) AB 'duxissent'. e) C 'bene habui'. f) C 'ad' fehlt.

1) Für diesen Ueberfall der Stadt durch Dietrich von Dinslaken, den Bruder der Grafen Engelbert III. und Adolf III. v. d. Mark, vgl. Nederhoff S. 61 ff. Sein Rechtfertigungsschreiben für die hierbei von den Dortmundern Gefangenen (d. d. 1378, October 9), das Roesse l. c. S. 64 Anm. abdruckt, steht bereits in: von Steinen, Westf. Gesch. I, S. 469 und daraus bei Fahne IV, S. 250. S. auch Creelius in Ztschr. des bergischen Gesch. Ver. VIII, S. 202 ff. 2) Vgl. S. 540 Anm. 4. 3) Für die der Benediktskapelle verliehenen Ablässe vgl. Rübel, UB. I, N. 278 (d. d. 1300) und 366 (d. d. 1318, April 3). 4) Man vergleiche mit dem Folgenden die Beschwerde, die Heinrich in dem Processe mit dem Rath gegen diesen erhob (Dortmunder Stadtarchiv Urk. H. v. B. 8, c. 1390): 'Item, quando ego Hinricus de Broke fui investitus ad capellam sancti Benedicti, inveni eam sine tecto, fractam et destructam totam capellam. Petivi omni tempore . . . proconsules et consules, ut tegerent eam et recuperarent. Tunc responderunt unanimiter, quod capella pertineret ad me et esset mea et dederunt eam mihi, ut edificarem eam ad placitum meum. Ipsi non intermitterent se de capella neque de structura'. 'Item tunc ibidem steterat unum altare in dicta capella supra testudinem,